

HERMANNVS PASTOR CONSTANTIENSIS.



Hermannus ex nobili familia de Fridingē natus fuit. Is ab ineunte aetate literis operam dedidit, & magnam sibi eruditionem acquisivit. Erat etiam omnis generis uirtutibus ornatus, & singulari māsuetudine praeditus. Itaq; cum Bertholdus Episcopus Constantiensis mortuus esset, hic Hermannus omnium cōsensu surrogatus fuit. Eam ecclasiā nactus ante omnia cū finitimiſ & eius loci ciuibus pacē iniit, ac ut res ordine in Ecclesia peragerentur diligēter prospexit. Hinc factum ut Friderico I. Imperatori gratissimus extiterit. Cum ergo eo tempore ob pontificum insolētiā magna turbā in Germania excitarentur, Fridericus Comitia Imperij ob huius Episcopi authoritatem Constantiæ celebrauit, Anno millesimo centesimo octuagesimotertio. Vbi etiam post principum deliberationes magno omnium desiderio pax publica per totum Imperium constituta fuit. Cum hoc modo Hermānus magna dexteritate suam Ecclesiā per annos 12. administrasset, anno 1191. obiit, atq; in sua Ecclesia sepultus quiescit. Anon. in Episc. Constant.